

Flonus

sunt ibi qui deuorent foetus: fluctusq; minus sauiant. Has in intelligi ab his causas seruariq; tempore uices magis miret: si quis reputet quoto cuiq; hoium nosci uberrima esse. capturā sole transeunte pisciū signum

Digestio piscium in figuras corporum.

Cap. xx.

M Arinoꝝ alii sunt plani ut rumbi: solea: ac passeris: q; a rhombis situ tantū corpoꝝ differūt. Dexter resupinatus est illis: passeri leuus. alii longi ut murena: conger. ideo pennae quoq; sunt discrimina: q; pedū uicē datae sunt piscibus. Nullis sup quinas. Quibusdā binā: q; busdam trinā: aliquibus nullā. in fucino tantū lacu piscis est: q; octonis pēnis natat. binā oino lōgis: ut lūbricis & anguillis & cōgris. Nullā ut murenis: q; bus nec brāchia. Hāc oia flexuoso corpō rū impulsu ita mari utunt: ut serpētes terrā in sicco quoq; repetūt. ideo ēt uiuatiōra talia. Et e planis aliqua nō habent pennas: ut pastinacae. Ipsa. n. latitudine natant. Et q; mollia appellantur ut pollypi quoniam pedes uicem pennae illis praestant.

De anguillis.

Cap. xxi.

A nguillae octonis uiuunt annis. Durāt & sine aqua senis diebus aquilone spirāte: austro paucioribus. At hyemē cādem ī exigua aqua nō tollerāt: nec in turbida. Ideoq; circa uergilias maxime capiunt: fluminibus tum praecipue turbidis. Pascuntur noctibus: examines pisciū solae non fluitant.

De lacu benaco.

Cap. xxii.

A cus est italiae benacus in ueronēsi agro minciū amnē transmītēs: ad cuius emerfus ānuo tēpore octobri fere mense. autūnali sydere ut palam est hyemato lacu fluctibus glomeratae uoluuntur in tantū mirabili multitudine: ut in excipulis eius fluminis ob hoc ipsū fabricatis singuloꝝ milium globi reperiantur.

De murena.

Cap. xxiii.

M Vrena quocunq; tēpore parit: cū ceteri pisces stato pariant. Oua eius citissime crescunt in sicco littoꝝ: elapsas uulgas coitu serpentiū impleri putat. Aristoteles myrinū uocat marē qui generat. Discrimen esse q; murena uaria & infirma sit: myrinus unicolor & robustus: dentesq; extra hos habeat. In gallia septētrionali murenis omnibus dextera in maxilla septenae maculae ad formā septentrionis aureo colore fulgent dūtaxat uiuentibus: pariterq; cū anima extinguūt. Inuenit ī hoc aiali documēta sauitiae Vedius Pollio eques Ro. Ex amicis Diui Augusti uariis eae imergens dānata mancipia: nō tanq; ad hoc feris terrā: nō sufficientibus: sed q; in alio genere totū pariter hoīem distrahi spectare nō poterat. Ferunt aceti gustu praecipue eas in rabiem agi. Tenuissimū his tergas. Contra anguillis crassius: eoq; uerberari solitos tradit Verrius praetextatos. Et ob id multam his dicit non institutam.

De planis piscibus.

Cap. xxiiii.

P lanorum piscium alterum est genus: quod pro spina cartilaginē habet: ut raia: pastinacae: squatinae: torpedo: & quos bouis: lamiae: aquilae: ranae: nominibus graecia appellat. Quo numero sunt squali quoq; q; uis non plani. Hāc graecae in uniuersum selace appellauit Aristoteles primus. Hoc nomine eis iposito nos distinguere nō possumus: ni cartilaginata appellare libeat. Omnia at carnosiora sunt talia: & supina uescunt: ut in delphinis diximus. Et cū ceteri pisces oua pariant: hoc genus solum ut ea q; cetae appellant animala parit: excepta quā ranam uocant.

De echeneide.

Cap. xxv.

E t paruus admodū piscis assuetus petris echeneis appellatus. Hoc carinis adhaerente naues tardius ire credūtur. Inde noie iposito. Quā ob cām amatoriis quoq; ueneficiis infamis ē: & iudicioꝝ ac litium mora. Quae crimina una laude pensat. Fluxus grauidae: uterō sistēs partusq; cōtinens ad puerperiu. tamen in cibos nō admittit. Pedes eū habere arbitrabatur Aristoteles: ita posita pennariū similitudine. Mutianus muricē esse latiorē purpura: neq; aspero neq; rotundo ore: neq; in angulos pdeunte rostro: sed simplice concha utroq; latere sese coligente. Quibus inhaerentibus plenā uentis stetitisse nauē portantē nuntios a Periandro ut castrarentur nobiles pueri: cōchasq; quae id praestiterunt apud gnidiōꝝ Venerē coli. Trebius niger sesquipedalem esse: & crassitudine quinq; digitos: naues morari. Praeterea hanc eē uim eius asseruati in sale: ut aurū qd deciderit in altissimos puteos admotus extrahat.

De uarietate naturae piscium.

Cap. xxvi.

M utant pisces colorem. Candidae hyeme menae: & sunt aestate nigriores. Mutant & phycis reliquo tempore candida: uere uaria. Eadem piscium sola nidificat ex alga: atq; in nido parit. Volat hirundo sane per q; similis uolucris hirundini.

De miluo pisce & dracone marino.

Cap. xxvii.

M Tem miluus subit in summa maria piscis ex argumēto appellatus lucerna: linguaq; ignea posos exerta tranquillis noctibus relucet. Attollit cornuta e mari sesquipedalia fere cornua: q; ab his nomē traxit: Rursus draco marinus captus atq; imissus in harenā cauernam sibi rostro mira celeritate excauat

De piscibus sanguine carentibus.

Cap. xxviii.

P iscium quidā sanguine carent. de q; bus dicemus. Sunt at tria genera. In primis q; mollia appellant. Deinde cōtecta crustis tenuibus. Postremo testis cōclusa duris. Mollia sunt loligo: saepia: polypus: & cetera eius generis. His caput iter pedes & i uētre pediculi octoni omni